

Universitätsbibliothek Paderborn

Responsa Moralia In Causis Justitiæ Commutativæ De Restitutione & Contractibus

De Contractibus - Præcipuè ad commodum, atque usum Venerabiblis Cleri edita

> Heislinger, Anton Ingolstadij, 1726

Casus XXX. De pactis dotalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40177

43 %

ergo non potest rescindi; quia aliquem suo jure certo,

ferent in

valorem

quaquam

neis , pa-ple ipon-

o. annis: us patriz e de fuis

dispone-

n repug-

oft, quody

pertas, t.

perfecta

rem cone propria

adfoerit absolute

irens omım quid : ego con-

contra-

involut-od adfue-linatio in

tus , ne p

in foro dicta ob induntur

ifte non

3. Net and fpon-fpontz, abi con-te fi po-te, non con-

Quòd non fuerit gravis; probatur. ut sit metus gravis, debet malum imminens esse magnum, & non facile avertibile ac evitabile à patiente metum : atqui hoc malum erat facillime evitabile. probatur minor, malum imminens erat infamia, que toti familiæ ex rescissione sponsalium apud universam urbeculam imminebat, at- satur, neguaquam invalidum, aut qui hæc facillime poterat evitari, rescindibilem fuisse.

constat, quòd hic fuerit injustus: si nimirum causa, ob quam rescisfio erat facta, cæteris incolis figniin dubio non licet Judici privare ficaretur : hac enim ratione totam & omnem invidiam uti etiam dedecus in tutorem fuiffent derivata. 2. Hacipfa rescussio etiam sponsa suisset contumeliosa: ergo par utriusque partis erat conditio.

Manet itaque contractum hunc, fi seposito metu à juribus non fuerit reprobatus, vi metus, quem adversa pars incussifie falsò accu-

但这些民主公司共同民共和共党的法律

CASUS XXX.

De Pactis Dotalibus.

Rancisca, cum vellet matrimonium cum Francisco contrahere, in pactis dotalitijs exigit, ut si maritus ante se mortuus fine liberis fuerit, ipsa jus habeat succedendi in omnia bona defuncti; condicit sponsus cum patre, quin tamen reciproce ad talia obligata fuerit Francisca.

Q. I. Num hic contractus fit nullus ob suam inæqualitatem?

Q. 2. Si ista pacta mixta fuerint, an subsistant ?

Q 3. An valcant, si fuerint simplicia?

CA-

SYNOPSIS.

S. I.

Pracognita.

- 1. Quid nomine dotis veniat ?
- 2. Quid nomine contradotis?
- 3. Quid fint pacta dotalia ? 4. Divilio pactorum dotalium ?
- 5. Ex quo desumendum, qualia fuerint.
- 6. Ut fint mixta non sufficit quali cunque mentio de morte.

9. II.

Resolvitur primum Quasitum.

An iste contractus ob suam inaqualitatem sit nullus ?

- 7. De Jure communi inter dotem & contra dotem est equalitas obser-
- 8. Invaluit tamen de facto consuetudo contraria.
- 9. Uxori neque ex testato neque ex intestato aut ex contractu competere aliquod jus succedendi conantur bæredes Francisci evincere.
- 10. Oftenditur falfitas bujus argumenti.
- 11. Quia contrados non debet effe equalis doti.
- 12. Nec obest contractui , si jus faccedendi non habeat rationem dotis. 13. Neque ullum jus naturale aut po
 - fitivum. 14. Aut quod talia pasta occasionen dissidijs inter conjuges prebeant. 15. Et 16. Solvitur ratio advessa.
- riorum n. 9. proposta.

 17. Patta inequalia post, nonautas ante matrimonium inita non valet.
- 18. Contractus à sponsis initus vald,
- etsi in tempus mortis sit relatus. \$ 9. Nec prajudicatur per illam (68-fanguineis mariti.

S. III.

Resolvitur secundum Quasiturn.

An hac pacta dotalia, si mixta fuerint, subsistant?

bic contractus valet.

lia fue-

t qualis

fi jus fac-m dotis.

e aut po-

ecasionen ebeant. adverja-

on auten n vialent.

tus valei, latus.

Jam con-

章. 山

#1. Licet nonfuerit reciproce ex utraque parte ad successionem obli-

gans. sed onerosus.

20. Debitis folennitatibus instructus 23. 8 24. Satissit 2. objectionibus.

25. Ad valorem tamen illius quinque testes fuerunt necessarij.

26. Revocari tamen ad libitum a marito etiam invita uxore ante mortem poterit.

5. IV.

Resolvitur tertium Quasitum.

An valeat, si fuerit simplex pactum?

27. 28. 29. Afferuntur rationes 31. 32. 33. Satisfit rationibus oppro illius nullitate.

go. Probatur valor tamen illius.


Pracognita.

Sciendum r. nomine dotis ve- compensationem vel securitatem nire quidquid datur aut pro- dotis: Leg. ultima Cod, de donas. inmittitur marito nomine uxoris ad fustinenda onera matrimonij, id est ad alendam uxorem, communes liberos, & familiam &c.

Sciendum 2. Contradotem au-2 tem, seudonationem propter nuptias vocari, quod maritus vel alius nomine mariti dat uxori in ter virum & uxorem.

Sciendum 3. pacta dotalia vo-cari conventionem mutuam, qua conjuges suam intentionem de dote conservanda vel retinenda vel etiam de bonis cateris, eorumque acquisitione declarant, in nostra lingua patria vocantur Che-Pacten





Che=Beredungen / Henraths=
Cpruch

Sciendum 4. pacta dotalia dividi in simplicia atque in mixta,
quando contractus manent in terminis contractus & actús inter vivos celebrati, dicuntur simplicia
quòd, si autem in actum ultima
voluntatis transeant, continentia
futuram conjugum successionem,
mixta vocantur.

Sciendum 5. ut agnofeatur an fimplicia vel mixta pacta dotalia fuerint, attendendum esse modum, quo in paciscendo contrahentes usi fuerunt. Hinc si terminos adhibuerunt actibus inter vivos celebrandis proprios vi legis verba 20. ff. de V. S. pactum habendum erit pro simplice, sin ex opposito usi fuerint terminis, qui ultimis voluntatibus conveniunt, pactum habendum pro mixto, ita Stryck. de cautel. contract. Sect. 3. cap. 8. S. 20. Miller ad Struvium exercit. 30.th. 19. in not. per totum P. Schmier lib. 4. tratt. 2. cap. 4. S. 4. n. 15. 8 16. termini autem , queis ultimam voluntatem declaramus, solent effe v.g. succedere Jure hareditario, capere haredem instituere &c. Erben einseigen / fucced rent &c. contractious autem inter vivos celebratis conveniunt ut proprij, contrahere, pacifci, convenire abhandlen/vers gleichen / abreden ic.

Sciendum 6. Monere Authores nequaquam omnia illa pacta, in quibus mentio mortis facta eff. contractibus mixtis effe annume. randa. Hine pactum simplex ad. huc futurum, in quo conjugu inter le pacifcuntur, ut unus poli mortem alterius dimidiam parten lucretur; rationem dant quid tempus mortis in tali pacto fitrit adjectum , ut executionem o usque suspendat, minime autem, ut huic pacto vim tribuit. In cum Lauterbach. ad tit. de pilis dotalibus : §. 3. P. S. hmier los cit. 57. Schmalzgrueber de deut, inter virum &c. n. 77. idem Stryd cit, loco S. 7. P. S. hmier, Schmitz. grueber advertunt posse negotin in terminis fimplicis pacti confistere, licet in hoc vox hares, wh hæreditarie germanice erblich reperiatur. Pro ratione hujus alle-runt, quod contrahentes, & fi-bi, & hæredibus consulere white Hinc fæpiùs etiam in contractiba mentionem hæredis faciant,

Cum ergo juxta modò dda contractus noster dotalisius, eò quò din se contineat jus succedendi in omnibus demortui sine berede sponsi, possit esse vel simplex vel compositus, hinc inflitui quæstiones possum, numise sit validus, possto quò d si mitus, vel si forer simplex. Stigi-

tur.

S.IL

5. II.

Resolvitur primum Quæsitum.

Num istins contractus valori obstet inaqualitas dotis ad contradotem?

Supponimus sponsum esse adeò opulentum, ut dotem à sponfa allatam multum superet : utrum igitur hec inaqualitas contractum non annullet, non immeritò examinatur.

Authores 6 acta, in acta est,

annume.

conjuga

inus poli m parten

nt , quòd

acto fue.

ionem ()

iè autem,

oust. In

de pila nmier los

de doust,

m Stryck

Schmilz-

negotium ichi consi-

hares, vel

eblich re-

nujus affe

lere velm

ntractibu

odò det

litius , ed

fuccedentifine have

hinc infi

num ile

. Sit igh

5,IL

ciant,

De jure enim communi dotis, & donationis propter nuptias æqualitas certò est servanda, juxta Authent, dos data Cod de donat, ante nuptias, es in authentica, equalitas: Cod, de pasis conventam super dotem, Fachinæus p. 2, operis in controversis iuris pag. 241. adducit integrum textum authenticæ de æqualitate dotis, & donationis propter nuptias.

Recrum his non obstantibus docent Gaill, 2. observat, 78. Lauterbach, ad tit. sf. de J. D. S. 41. P. Schmier S. 6. cit. 4. capitis, confuetudinem, & nonnullorum locorum statuta contrarium indicare, admitti etiam inæqualitatem inter dotem & donationem propter nuptias. Præstatis Authoribus accedunt Panormitanus in cap. donatio: de donationibus inter virum suxorem. Boër decis. 22. n. 20. part. 1. Guido decisi. 265.

Ratio hujus adeò universalis opinionis est, quòd ejusmodi lex sit dispositio aliqua merè humana: sed merè humana lex potest contraria consuerudine nec non statuto quodam particulari abolezi.

Quin imò Layman in sua samma lib. 3 tratt. 4. cap. 13 num. 10. testatur, citata authentica dispositionem de sacto plerumque non observari, quod ipsum testantur Abbas in cap ult n. 12. de donat inter virum & uxorem. Nicolaus Everhardus tom. 1. confil. 40 num. 47. eò quòd fieri soleat, ut nulla constituatur donatio propter nuptias, vel non æqualis doti, fed minor vel major vel sub alia forma, Denique bene notandum Andream Gaill, lib. 2. observ. observ. 78. testari, hanc æqualitatem dotis, & donationis propter nuptias hodie ex generali quadam omnium ferè locorum consuetudine non observari, sed fieri disparia pacta non folum quoad constitutionem, & præstationem, verum etiam quoad pacta lucrorum.

His pro fundamento suppositis audienda est ratio, qua maritus Lii 2 pro-



probare contendit uxori fponfæ nequaquam vi hujus contractus aliquod jus competere ad fucceffionem omnium bonorum fuorum post fuum ex hac vita fine prole discessum. Sic itaque argumentatur.

Uxor Francisca nec succedit ab intestato, ut per se clarum est, & à nobis etiam conceditur non ratione dotis; & contradotis, ne-que ex ullo privato contractu: ergo &c. Antec. quoad 2. partem probatur. In ratione dotis, & contradotis attenditur, si non stricta saltem proportionata aqualitas, ita ut contradotis quantitas dependeat ex conventione quantum dotis uxor dare, & maritus recipere velit: argum, Legis, fi ego S. s. ff. de jure dotium, ergo ratione dotis, & contradoris non potest exigere jus ad successionem omnium penitus bonorum defuncti fine hærede mariti, Prob. consequentia. Dos Franciscæ est multum improportionata ipfius mariti, cum ab his multum ex-cedatur omnibus penitus, & quibuscunque bonis: ergo cum proportio inter dotem & contradotem, atque aliqua æqualitas fit instituenda, non potest hanc successionem in omnia bona exigere ratione dotis & contradotis.

Prob. tertium membrum argumenti afferens Franciscam, neque ex contractu privato habere jus quodpiam ad prædictam successionem: tales privati contractus cum

lites foveant, non respiciuntar, sed ex contractibus, qui non respiciuntur, ut fomentum litium non producitur ullum jus: ergo &c.

Hoc argumentum, ut dissolva-10 mus, simulque valorem contractius nostri ostendamus, ante omnia videndum, utrum hac successio in omnia bona defuncti sur harede mariti sit constituta, ut aliqua contrados propter dotem sponsa, vel aliud quidpiam procontradote assignatum: & supra hanc assignatam dotem, etiam hot jus succedendi expetitum, & a marito concessum sucres.

argumentor. Si Francisca non posset przen ji dere, atque exigere hanc fuccel fionem tanquam fibi affignatam contradotem, tunc ideo, qua Leges Civiles pracipiunt, ut contrados, seu ipsa donatio propter nuptias, fit proportionata aique aqualis acceptæ doti: hæc autem fuccessio tanquam aliquid mulio majus non est proportionata, & multo minus æqualis : atqui hac ratio nulla est: ergo &c. Prob. min. ex pramissis constat, Legen Civilem, quæ vult, ut contrados fit æqualis doti acceptæ, jam elle generali quadam confuetudine contraria legitime, ac valide abolitam , & abrogatam : ergo licet hæc affignata contrados fit ingqualis improportionata, & multo major accepta dore, non a-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN atque invalidus.

nitur .

on re-

litium

Tolva-19

onta-

te om-faccel-ti fine

ta, u

dotem

m pro

z fupra

Si pri-

une fie

praten 1

fuccel-

gnatam o, quia

ut con-

propter a atque

c autem multò

ata, &

qui hzc Prob Legem

ntrados

am effe

etudine

lè abogo licet it inæ-

x mul-

on tamen

Si adverfarij contendant præterhane frecessionem insuper aliud quidpiam pro contradote fuiffe affignatum; tune ulterius quæro: vel concedent adversarij, hoc jus fuccedendi effe partem aliquam totius contradotis; vel negant il-lud esse partem? si afferant esse partem, tunc argumentum mox factum etiamnum procedit; quia non oblunt improportio, inzqualitas, ac magnus ille excessus contradotis supra dotem : si negent hoc jus habere rationem partialis contradotis, tunc examinandum ern instrumentum erectum initi contractús nuptialis, & quid ex tenore verborum concludi debeat, eruendum. Quòd si aurem etiam constaret concessium hoc jus succedendi nullam rationem etiam partialis tantummodo contradotis habere, tunc ulterius ita promovetur argumentum.

12 In contractu nuptiali licitum est sponsis non folum dispositionem, & certum quoddam pactum inire circa dotem, & contradotem, fed etiam circa alia. Hinc P. Ja-cobus Wiestner lib. 4. decret. in tit. 20. n. 17. plures Authores allegat, confentientes validam effe renuntiationem lucrorum constante matrimonio quasitorum, & quærendorum, ab uno in favorem alterius conjugis factam ante matrimonium: quod non tam donatio fit, quam contractus one tudine observari,

men contractus iste erit nullus, rosus; cum integrum sit cuique matrimonium, non nisi sub certis conditionibus futura lucra spectantibus inire,

> Confirmatur juxta Layman. lib. 3. tract. 4. cap. 13. n. 10. ex cap. ultimo de donationibus inter virum, & uxorem, atque ex Lege morte Cod. de pactis conventis colligitur, si pactum intercessit de dote lucranda post mortem uxoris; intelligitur etiam interpositum de lucranda donatione propter nuptias post mortem mariti: ergo in talibus pactis potest conveniri, etiam de dote, & donatione propter nuptias lucrandis post mortem, consequenter etiam de alijs, quam de communi, atque ordi-naria constitutione dotis & contradotis. Confirmatur 2. Juxta Andream Gaill. lib. 2. observ. 78. ex generali quadam omnium ferè locorum confuetudine fiunt difparia in hoc contractu nuptiali pacta eriam quoad pacta lucrorum; ergo cum hic agatur de lucro impari, valebit contractus: Quòd autem tales consuetudines juri communi derogantes valeant, Gail. observ. citata n. 2. afferit effe certum per textum in cap. donatio : de donation, inter virum & uxorem: ubi Panormitanus num. 6, & 12. Rollanus à Valle in trast, de dote q. 10, n. 6. item Guid. decif. 565 n. 4. attestatur, dictæ Authenti-cæ æqualitatem hodie de consue-Lii 3

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

Probatur ejuldem contractûs valor fecundò hac ratione. Ifte contractus neque est jure naturali irritus: neque jure politivo infirmatus : ergo valet : antecedens quoad primum membrum probatur. Ad valorem contractûs jure naturæ nil aliud requiritur, quam duorum pluriúmve in idem placitum confensus : sed hie ad-fuit : ergo &c. Si dicas esse jure politivo irritatum : tunc erit tibi adducenda Lex politivè irritans ejulmodi contractum, cum affirmanti incumbat probatio. Dein probandum tibi erit, quòd Lex adducta fit irritans, & non merè prohibens: item fi irritans etiam afferretur, tunc vel illa irritat omnem contractum inæqualem, vel determinate inæqualem ob fuccessionem uni parti competentem in omnia bona alterius compartis : fi primum horum afferat, allata demonstrant Legem istam contraria consuetudine abrogatam; quod ipsum etiam circa alterum consuetudo demonstrat. Dein vel hæc Lex irritat contractum omnem, qui alteri jus dat ad successionem in omnia bona quomodocunque, five titulo donationis propter nuptias, five fine hoc titulo? vel tantum irritat, fi non fuerit datum fub titulo donationis propter nuptias ? si dicas hoc po-sterius , erit illa jam abrogata, cum ex probatis constet taliter factos contractus fublistere. Si prius afferas, oftendenda erit ti-

bi Lex ista irritans duntaxat succi cessionem in omnia bona defun-Eti, cafu quo hæc non fuerit concessa sub titulo donationis propter nuptias, que verofimiliter nulla erit; cùm non appareat ratio itritandi taliter factum pactum fuccedendi, approbandi autem, vel permittendi in suo valore, si sub titulo donationis propter nuptias fuerit deducta successio.

Hæc omnia confirmamus non inefficaciter ex eodem Gaill, n fe citatæ observationis 78. ubi ait inæqualitatem donationis & donationis propter nuptias etiam de jure communi subsistere poste, si hujulmodi pacta de lucrando dorem , vel donationem propter nuptias in casu non existentium liberorum fiant in ipfo tractatu matrimonij antequam matrimonium contrahatur per verba de præsenti : rationem hujus reddit, quia jura communia duntaxat prohibent ejulmodi pacta constante matrimonio facienda, eo quod tunc donationem sapiant, quæ inter virum & uxorem prohibita est, ne mutuo amore se spolient, quæ ratio cessat in matrimonio necdum contracto, cum non entis nullæ fint qualitates, cum ergo hæc conventio in iplo tractatu matrimonij, antequam nuptiæ contraherentur per verba de præsenti; hinc non erit illa à jure communi annullata.

D'cunt : ejulmodi contractus 4 occasionem suppeditare perpetuis

jurgijs, dissensionibus, & inimicitijs conjugum : ergo illi non subsistent, sed à jure reprobati fuerunt. Contra est, quæcunque alia inæqualitas in hoc pacto commissa potest occasionem suppeditare talibus jurgijs, & tamen tales inequaliter gravantes contractus funt validi. 2 Idem hoc totum procedit, fi successio in omnia bona defuncti per modum donationis propter nuptias fuert in pactum deducta, & tamen ista valet ex probatis. 3. Ex eo quòd ejulmodi inxquales contractus præbeant occasionem memoratis malis, folummodo fequitur, quòd potfint irritari à legibus : non autem bene infertur , quòd jam fint à lege quadam irritati : ergo antequam talis lex politive irritans & nondum abrogata fuerit allata, pacta ejulmo-Ts di dotalia non erunt irrita.

1.

1-

eg

12

T-

el

ub

125

on

10

21

10-

de

G

0-

ante

um

atu

10-

de

dit,

exat

on-

60

nt,

-010

e le

nat-

cùm

es,

iplo

ıam

erba

llaà

Aus 14

tuis jurHis ita probatis superest, ut ad folutionem argumenti ab adver-sarijs propositi procedamus. Re ad probationem secundi membri nego antecedens, quòd scilicet necessariò observanda sit aliqua proportio & æqualitas intra dotem & contrà dotem, prout patet ex rationibus nostris, negato autem ut falso hoc antecedente corruit etiam totius argumenti vis.

dico, competere uxori jus quoddam ratione hujus privati contractús, quem cum nulla jura invalidum declarent, illo standum erit

quando autem dieunt, privatos contractus non respici à juribus: vel volunt nullum contractum privatum respici à juribus, vel hunc solum non respici à juribus? si hunc folum volunt non respici à juribus, debent hoc non nude affirmare, sed ex textu quodam probabile reddere, si dicant, nullum talem à LL. respici, videntur dicere contrarium communi praxi & doctrinæ doctorum, dein quid est, vel quid fignificat to non respicere, vel idem fignificat, an non valere, esse irritata talia privata pacta: vel aliquid aliud ifte terminus fignificat? fi primum: irritatio talium pactorum non nudè afferenda erit fed probanda, fi aliud hoc verbo fignificari velint, proferunt, denique etsi talis contractus ut privatus & distinctus à nuptiali non fublisteret, ducimus, eundem juxta probata subsistere in ratione pacti dotalis.

Obijciunt ulterius talia pacta 17, funt disparia: sed pacta disparia inter conjuges non valent ergo &c. 18, concedo majorem, nego minorem, vel distinguo: pacta inter conjuges post matrimonium contractum inita, si sint disparia, non valent. concedo si ante matrimonium in pactis dotalibus suerint inita, negatur minor, & consequentia. Ita And. Gaill. 1. 2. observ. 88. 11. 5. disparitas inter utrumque talem contractum est, quòd inaqualia pacta tempore

matri-



matrimonij inita fapiant donationem, quæ inter virum & uxorem est prohibita, ne mutua amo-. re se spolient : hæc autem ratio ceffat matrimonio necdum contracto, Dein non entis per vulgaria nullæ funt qualitates, fed tempore quo fiunt pacta dotalitia necdum datur matrimonium : ergo pro illo tempore neque da-buntur qualitates illius, inter quas est impedire inæquales contractus: hæc ergo disparitas vel maximè servit juxta Gaill. ad predi-Ham autbent, equalitas, & alia jura concordanda.

18 Obijcitur præterea, talis donatio est relata in tempus mor-tis: sed donatio relata in tempus mortis inter conjuges facta est invalida: ergo &c. w nego mi-norem: valere enim talem contractum docemur Leg. quia in boc

ius talia madia ay

10. ff. de donat, inter virum & axorem.

Obijcitur 2. Contractus 19 qui est in præjudicium tertij ini tus, est invalidus : atqui hic fuit in præjudicium tertij initus, probatur minor. fuit initus in prajudicium fratrum mariti, qui hoc facto amiserunt omnem spem adeundi hæreditatem hujus fui fratris. w. nego minorem : ille enim contractus est solum in prajudicium tertij initus, qui terij cujufdam juri quæsito nocet, & damnum affert : atqui fratres ante mortem hujus fratris nullum habent adhuc jus in bona sui fratris jure hæreditario poshdenda, Dein ex hoc sequeretur, talem maritum non posse in vivis ullam difpositionem aut donationem, facere circa fua bona, aliud efset si haberet bona, quæ in majo. ratum erecta fuiffent, vel feudalia aut Emphytevtica effent,

S. III.

Resolvitur secundum Quæsitum.

Num hae pacta dotalia si mixta fuerint, subsistant?

Diximus §. 1. sciend. 4. mixta idem ess: validum. Ita apud Pa-vocari, quæ in actum ulti- laum de Just. disp. 2. pu. 25. §. 9. mæ voluntatis transeunt, in quantum continent futuram conjugum fuccessionem.

Dico 1. Si hoc pactum requifitis ad pacta dotalia mixta folennitatibus fuerat instructum, fertio in Lege fed interim, S. fed quod

sentiunt Joanes Lupus, Antonius Gom. Guttier de juram. 1. p. cop. 3. 11. 26. 8 27. Sanchez de Matri. difp. ro. n. 3. & tefte eaden Palao omnes fimdatur nostra afdicet ff. de donat. inter virum & uxorem.

8

uit

0-

00

m

He

2.

可え

n-

m a- L

m

ef-

a4

13

四日加日

Responderi ad hanc rationem poterit in citatis LL. esse sermonem de reciprocis obligationibus vi quarum uterque conjugum succedit in bona prius defuncti in nostro autem casu sola uxor in bona demortui prius mariti succederet, non autem iste vicissim in bona defuncta sine prole uxoris.

Ad hæc reponimus concedendo totum; Judicamus autem ex his eriam valorem nostri contractus dotalitij non incongruè deduci; cum enim plura in genere donationum liceant sponsis quam actu jam conjugatis, hinc si licitum est conjugatis mortis causa donare vel legare comparti su bona post obtum, erit id pariter concessum etiam sponsis, nec obstat, quòd ista obligatio non sit mutua, supposita enim licentia prioris donationis, non amplius superest ratio dubitandi de licentia donationis non reciprocæ.

Imo ita positivè pro valore talis non reciprocæ ac mortis causă factæ donationis omnium bonorum formari potest argumentum. Ideo reciproca donatio inter conjuges facta valet, quia non
est mera & pura donatio : atqui
etiam nostrum dotalitium pactum
non reciprocum etiam non est
mera donatio, quia habet ratiomem contradotis, & datur in-

tuitu matrimonij animo conciliandi fibi arctiùs affectum spon-

Probatur conclusio nostra secundo. Molina ex communi sententia desendit lib. 2. de primogenitura c. 10. n. 17. item alter Molina Jesuita disp. 180. S. dubium postremo est. Palao desus disp. 2. pu. 24. S. 1. n. g. donationem omnium bonorum onerosam & ob causam non esse prohibitam, eò quod desiciat à natura & conditione propria donationis : ex altera verò parte decreta odiosa & libertatem restringentia debent interpretari strictè : atqui contrados habet rationem donationis onerosa: ergo &c.

Probatur conclusio nostra tertio. Omnis ille contractus est validus, qui nullo jure naturali aut positivo reperitur irritatus, atqui contractus iste est talis: ergo &c.

Probatur, si hæc donatio foret invalida, ratio foret, quia esset donatio omnium bonorum, quæ à juribus annullatur: sed nostra donatio non est donatio omnium bonorum à jure annullata, probatur minor, donatio absoluta omnium bonorum tam præsentium quam futurorum facta inter vivos est solumodo annullata: sed nostra non est talis, probatur minor: tantum sit absoluta, si nulli liberi surint nati, & maritus decesserit taliter ante uxorem: ergo &c.

Kkk

Con-



Confirmatur, ideo donatio omnium bonorum inter vivos est annullata, quia aufert potestatem restandi, & donantem reddit miferum: atqui hæc non præstant donationes mortis causa. probatur minor, talis donatio & contractus est semper usque ad mortem revocabilis: ergo &c.

Ob, tale pactum de succedendo reprobatum est inter privatos ob periculum captandæ mortis. Lege sicèt: Cod. de pactis: ergo. Lege sicèt: concedo. et am inter conjuges: concedo. et am inter istos, nego, ratio hujus posterioris est, quòd hoc periculum captandæ mortis minuat, imò omnino tollat mutuus conjugatorum amor.

24 Ob. 2. in Lege Hereditas 5. Cod. de pacis conventu reprobantur pacta dotalia mixta ergo. 14. distin. reprobantur, ut tamen consue-

tudine sustineantur, concedo un hac non sustineantur, nego, ita Stryk, in usu mod, ad tit. de pasis dotal. S. 3.

Dico 2. ad valorem ejusmo 14 di pactorum dotalium mixtorum, non fecus ac ad alias ultimas voluntates de fubstantia, & illorum folennitate requiruntur quinque testes, ita babetur lege ultima s. eltimo cod. de codicillis strik, de cartel. sett. 3. cap. 8. s. 16. & sequent. Schmier 1. 4. de Matrim, trad. 1, cap. 1. sett. 4. n. s 1.

Dico 3. Ejusmodi pactum mix 16 tum dotalitium ad inftar alterius voluntatis ultimæ mutationem & revocationem admittit etiam non confentiente uxore feu altero conjuge, habetur in Lege quod fitterum 4. ff. de adimend, vel trassf. Leg. idem fentiunt Lauterbach ad tit ff. de pactis dotal. §, 14. Strick cit, cap. 8, §, 20.

S. IV.

Resolvitur tertium Quasitum.

An valeat hoc paclum dotalitium, si fuerit simplex, & non mixtum?

Diximus superius simplex pactum dari, quando contractus manet in terminis contractús, & actús intervivos celebrati.

27 Dubium valorem hujus nostri pacti dotalitij inter alia efficit primò, quantitas donationis propter nuptias nec major nec minor de-

iximus superius simplex pactum dari, quando contraccasu foret major:

Secundò ex communi omnium i fententia est prohibita donatio omnium bonorum tam præsentium qu'àm futurorum : sed nostra donatio foret talis : ergo &c.

Tere

300

z9 Tertio: cùm Reipublicæ vel maximè expediat, ut fuis civibus conveniat facultas testandi: ideo reprobata est omnis donatio adimens potestatem testandi: fed hic
contractus adimeret potestatem
testandi: ergo &c.

translativam donationem
nium bonorum tam præse
quàm futurorum esse anuli
hanc autem de qua loquim
donationem conditionatam
pendentem à discessu mari
liberis , quod autem conditi

ita

adis

mo- 15

um,

rum

que cauuent.

1. 2,

nix-16

n &

non

001+

ite-

ansf.

rick

0

e in

ium si

ium

do

er-

noster contractus dotalitus etiam ut simplex subsissiti, probatur. jure naturæ certo subsissit, cùm ad hoc non aliud requiratur, quàm liber utriusque in eandem rem confensus: ergo cùm nulla lege positiva irritatus legatur, erit absolute validus.

Probatur 2. Si non valeret, ratio foret, quia donationes inter conjuges funt nullæ : hæc ratio nulla est. Probatur min: hæ donationes non funt factæ inter conjuges, fed inter sponsos, dein hæ donationes non habent rationem propriæ donationis, quæ est concessio alicujus rei alteri prorsus gratuito ac liberaliter facta, habet enim rationem contradotis, quæ est donatio uxori facta in fecuritatem ac remunerationem dotis: ex hac ratioae donationes remuneratoriæ quoque inter conjuges nequaquam funt annullatæ.

Ad rationes in contrarium allatas, & quidem ad 1. dico ipfa praxi & confuetudine contraria intraductum effe, ut contrados poffit effe major dote, prout ex alibi dictis in hoc cafu jam infinuavimus.

32 Ad alterum argumentum repono, absolutam & actu dominij nium bonorum tam præfentium quam futurorum effe anullatam : hanc autem de qua loquimur effe donationem conditionatam, & pendentem à discessu mariti sine liberis, quod autem conditionata tantum, & durante vita donatoris nunquam in absolutam tranfiens donatio etiam omnium bonorum non fit irritata, colligitur ex rationibus, ob quas nullitas talis contractûs absoluti à LL, fuit introducta, quæ videri apud authores poffunt ,; quas inter præcipua est, ne talis omnibus suis spoliatus pauperem ac milerabilens vitam cogatur vivere, quod in casu nostro nequaquam accidit.

Ad tertiam dico: licet talis ma-ritus testari non posset, omnes tamen donationes in vivis poffet facere, resque suas in alios prout voluerit, transferre, 2, omnes concedunt, posse sponsos valide in fuis pactis dotalibus fe mutuo obligare, ut superstes sit hæres ex affe bonorum, quæ alter illorum absque hærede discedens reliquerit: atqui etiam talis non potest testari : ergo &c, 3. talia pacta non funt ita intelligenda, ut nullam omnino facultatem legandi ad pias causas habeat : ergo saltem ad istas testari, seu legatum facere poterit. 4. Potest habere hunc sen-fum, ut si ab intestato improles discesserit, nullum jus succedendi ascendentes, & collaterales confanguinei habeant.

Kkk 2

CA-

